

her Armpits and the Nipples of her breasts, small hard substances shoot out, much slenderer and whiter then the rest; at each Ear also grows a *Horn*; The Skin of her neck does of late begin to turn callous and *Horny*, like that of her Hands and Feet. She eats and drinks heartily, sleeps soundly, and performs all the offices of nature like other healthy people, except that she never had the Evacuation proper to her Sex. This, *Sir*, is as particular an account as I can gather;

I am,

(Hon^d. *Sir*,) *Your very*

Humble Servant

S^t GEORGE ASHE.

Historia Ulceris in Inguine dextro, Intestinorum fæces emittentis; à D^{no}. Gui: Earnshaw, Medico Alcestrensi, descripta & communicata.

Mulier quædam *Alcestrensis* in agro *Warwicensi*, annos quasi quadraginta nata, à vicino oppido domum rediens, subito corripitur dolore vehementi inguinis dextri, cui successit singultus violentus: post semihoram tumor ibidem oritur ad quantitatem nucis moschatae, qui sensim fit durus, & tandem niger. Mulier febre, & aliis Doloribus adeo vexatur (nullo in auxilium Medico vocato) ut sui impos neminem astantium cognovit; ita ut precibus publicis Deo commendatur, tanquam jam moritura: tandem applicatione nescio cuius Cataplasmatiss, aperitur Bubo; à quo aperto quicquid bibit editve, immutatum plerumque intra horæ quadrantem vel dimidium, exit, sine vel minimo seu in ulcere, seu in Intestinis, dolore; ita ut cum die quodam

dam lac coctum comedisset, ex ulcere primo lac ipsum, postea coagulatum, cum crepitu (tanquam ab ano) & spuma erupit: imo cum pulli partem cum petroselinino comederat, utrumque per ulcus deposuit. Tandem ego vocatus (pro more talium animantium, ut scilicet animam jamjam egressuram paululum retardarem) invenio fœminam Hecticam, emaciatam, sitibundam, urinam tamen sedesque, sine ullo dolore statis temporibus deponentem; ulcus 3 vel 4 digitos longum, latum vero unum, minime profundum, sed cum cute pene æquale. Ptisanam laxantem mitto pro 4. dosibus; sed cum Dosis prima statim per ulcus effluxit, nulla sede per diem sequuta, Bolum dedi purgantem; post semihoram etiam istius partem emittit. Postea tamen sedes duas cum multo minore, quam ante, ab ulcere effluxu; eundem Bolum die sequenti cepit; unde sedes tres, easque amplas habuit, cum scybalis multis; ulcus vero parum emittit, totam per noctem. Exinde potus exiccantis, & traumatici libras duas vel tres quotidie bibendas, interdum bolum etiam repetendum suadeo; horum usu per dies 14 (ut memini) sana evasit, & adhuc sana vivit.
